



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

8. Etiamsi res perierit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Se equus de valore decreverunt. Ratio est quia pro tempore accedenti nullum fecit damnum Antonio Petrus, pro tempore praesenti jam reddit quanti res valer. Pectum enim illud medium maius, licet, ut ita dicam, perierit, dum res fuit in manu furis, æquè tamen perierit in manu domini, quia illo valore, supponimus, Antonius ulus non esset. At *1. fr. §. 9. ex probabili sententia dicimus*, quando res æquè peritura erat in manu domini, sicuti perit in manu furis, nihil à fure debetur, quia in nihilo dominus dannificatus est.

20. Confirmatur: quia, si res extaret, neque satis esset, si solum triticum, suumque equum dominus Petrus redderet; ergo si consumpsit, non nisi valorem ejus temporis debebit, quia non consumpsit nisi rem tanti valoris.

21. Ex expensis, quas medio illo tempore fecit Petrus, eas tantum sibi poterit Petrus compensare (retinendo scilicet aliquid de restitutione) quas necessarium fecisset dominus, si his enim domino non damnum intulit, ut in simili *supra dictum est num. 9. sine*. Quid autem fiet, in dubio, an dominus servaturus esset, &c. Vide *num. 7.*

De Restitutione fructuum rei injustè ablata.

22. Fructus rei injustè ablata, vel injustè retenta, vel etiam injustè destructa, omnes domino debent restitui à fure: lege fuscè apud Sanch. *lib. 2. in Dec. cap. 23. Less. lib. 2. cap. 12. dub. 17. Mol. tom. 3. d. 725. Dicast. lib. 2. de just. tract. 2. d. 2. dub. 5. num. 81.* Ratio est eadem, quæ dicitur *infra c. 3. §. 5. n. 2.* Fructus, inquam, tum rei, qui vocantur fructus naturales, ut est partus Ancillæ, pullus ex equa, herba ex campo sylvestri, glæs ex arbore non culta, &c. tum rei, qui appellantur fructus misti, idest, qui sunt partim ex ipsa natura partim ex industria, sive parva, sive magna, v. g. frumentum, vel fructus, qui colliguntur ex agris, caseus ex ovis, &c. ubi partim adest industria colentis, partim ipsa natura soli, vel ovis.

Dixi (sine magna) nam quando maxima est industria, & modicissima vis naturæ, cum parum pro nihilo reputetur, vocarem potius fructum illum meræ industriae, quam mistum: at in hoc solum casu sequor Thomam Sanch. *loc. cit. num. 48. Dicast. loc. cit. d. 5. dub. 3. n. 30.* docentes, in mistis, ubi plurius est industriae, vocari fructus industriales, ubi plurius naturæ naturales. Sub fructuum mistorum etiam nomine veniunt fructus civiles, quale est pretium locationis domus, vel equi, ad hoc enim lucrum concurrunt domus, vel equus simul cum industria locantis.

Fructus meræ industriae, quale est lucrum, quod ex negotiatione pecunie alienæ acquisisti, non sunt restituendi, quia, quod ex sola industria tua est, tuum esse ipsum lumen naturæ docet, ut potè lucrum personæ, non rei. His jactis fundamentis, sit.

Regula prima.

23. Fructus rei injustè ablata tum naturales, tum misti, semper debentur domino, etiam si apud dominum res non tantum fructificavisset, fructificavit tamen apud possessorem; & etiam si domum, v. g. dominus non locasset, possessor tamen locavit, & etiam si fur fructus illos quomodocunque consumpsisset, nec in ullo fuerit factus ditor; & etiam si illi fructus fuerint percepti à re; per furis diligentiam, perque ejusdem expensas meliorata. Ita Sanch. *l. c. n. 130. Less. l. c. n. 119. Mol. l. c. Dicast. loc. cit. n. 84.* alios citantes. Quidquid enim alij dicant in oppositum, apud Sanch. *l. c. n. 130.* quod probabile iudicant Less. *l. c. n. 119.* & Dicast. *l. c. n. 87. cit. Cou. & Sot.* Ratio nostra est, quia res semper fructificat pro suo domino: Et ex alia parte, hæc obligatio oritur ex injusta acceptione; quæ semper manet donec fiat aequalitas, ut sæpè dictum est, solum excusari fur poterit in eo casu

quo, sine gravi ipsius culpa fructus sint omnino sumpti; quod, evenire potuit, si, dum ipse vellet restituere, nec posset, destructi casu fuere, &c.

Regula Secunda.

24. Quamvis lucrum ex negotiatione pecunie hæc non sit restituendum, tamen restituendum est damnum, quod forè emerit domino, & lucrum, quod cessavit, si eam pecuniam, quæ per te caritativè negotiationem ille tradidisset, ut ex dicto patet. Locus illud, quod dominus non solum communi, sed etiam singulari diligentia de facto percepisset, debet restituere, quod percipere quomodocunque posset casu, vel fortuna. Ita Dicast. *loc. citato, num. 10.* alique, Ratio est, quia in illo damnum passus est dominus ex tua culpa, non verò in hoc.

25. Ex dictis solves illam dubitationem: An possessor malæ fidei teneatur restituere fructus, quos fur non percepit ex re aliena, potuisset tamen percipere: solves, inquam, naviter distinguendo, cum *Less. Mol. Vasquez, aliisque apud Dicast. l. c. n. 75.* si dominus percepturus fuisset, tenebitur fur, quia tunc ex secunda regula fur fuisset domino causa damni, verò dominus non fuisset percepturus, fur neque tenebitur in foro conscientie (nam in foro exteriori cogitur fur restituere ea, *leg. si fundum, de rei vindicatione*, Sanch. *in decal. lib. 2. c. 2. num. 110.*) quia non dampnificavit dominum, & ex alia parte nihil accepit à re aliena, nec iuste, nec injustè, cum malus fructus accepit, ut supponimus.

26. Solves item illam aliam difficultatem: An teneatur restituere fructus, quos dominus percepit ex turpi usu suæ rei. Solves, inquam, diligenter distinguendo: si enim percepisset ex re sua inhoneste, idest, peccando, ita ut lucrum secutum fuisset ex ipso peccato, non tenebitur fur illud lucrum restituere, quia lucrum generis lucrum non est fructus rei, sed humanæ utilitatis: at si percepisset, licet peccando, non tamen ex lucrum secutum fuisset ex peccato: sed ex re ipsa, ex usu ipsius rei suæ, tenebitur, quia tunc lucrum fuisset fructus rei domini: sic solet obligari fur ad restitutionem pretij locationis domus, quam dominus, cum peccato locasset gheretici. Ita idem Dicast. *l. c. n. 75.*

27. De ejusmodi fructibus multa dicuntur *inferius de restitutione ex re accepta*, quæ omnino sunt hic applicanda ubi etiam propter materiam connexionem aptius quidam expensas possit sibi deducere possit, si forte fidei.

§. VIII. Etiam si res perierit.

SI equus, v. g. injustè acceptus, vel casu perierit in manu furis, vel casu deterior evadat, non periturus, nec deteriorandus in manu domini, faciens omnes, furem debere restituere totum illius valoris, vel quanti existimatur à prudenti viro damnum, quod per illam deteriorationem factum est domino: et etiam damna inde secuta, & in dubio, quod damna consecuta essent, debere pro rata domij compensari. Ita S. Thom. *2. 2. quæst. 62. art. 6. in corp. Sot. Cov. Met. Sylvest. Tol. Petr. Nav. Reb. Val. alique apud Dicast. lib. 2. tract. 2. d. 2. dub. 4. n. 49.* Ratio est, quia fur omnium horum damnorum causa est.

2. Verum, si equus (idem de ceteris rebus) ita perierit, ut verbi gratia, ex incendio casuali, vel per justam hostium incurfionem, apud furem, ut eodem propterea modo periturus cerèd fuisset apud dominum: Aliqui obligationem restituendi in controversiam vocant. Lege *Contra Reg. peccatum, p. 2. §. 6.* & alios, quos ipse refert. Sed controversia non difficulter solvitur. Assero enim ex sententia probabilissima, tunc furem nihil debere. Ita Less. *lib. 2. cap. 12. dub. 15. Mol. tom. 3. d. 725. Vasq. de rell. cap. 5. §. 6. dub. 11. num. 66. Dicast. loc. cit. num. 52. cit. Sylv. Attil. Cou. Reb. aliisque*: quia tunc nihil damni re ipsa fuisset intulit,

domino. Confirmatur, quia detrimentum illud erat in sua causa inevitabiliter prae paratum, & ac primario secundum moralem obligationem perinde erat, si jam illatum foret: ergo fur ille, vel destructor non censetur damnum intulisse moraliter loquendo, si non censetur minus habere dominus, quam quidem nihil propterea minus habet dominus, quam si intulisset. Hinc inferbat Praeceptor meus, P. Ioseph. à D. Soc. Jesu in manuscriptis de just. & jur. p. 2. sect. 4. d. 1. quod habuit ex Petr. Navar. lib. 4. c. 1. dub. 3. n. 28. & tunc refert Dicast. l. mox cit. n. 75. eum, qui interfecerat dominum paulo post, certissime moriturum, esse verum homicidam, atque irregularem: non tamen teneri de damno secuto familiae, &c. quia non dedit detrimentum, quod moraliter censetur jam datum per certissimam illam mox futuram mortem.

3. Solum ergo evenire potuit, ut antequam equus, periret, eodem modo apud dominum peritura, illo tempore fuerit fur, vel equus lucrum aliquod pepercerit, vel ex carentia ejus, domino ante idem tempus eveniret damnum, seu cessaverit lucrum; tunc profecto haec omnia antecedentia damna debege à fure domino restitui, ex §. praed. satis est certum, quia haec lucra non erant domino, ut supponimus, de futura, & ex alia parte, ut ad satisfactionem dictum est, res semper fuit domino fructificans.

4. Adverte me dixisse. num. 2. (ex incendio casuati, vel per justam incursionem) si enim res peritura erat apud dominum per injustitiam alterius, non propterea (ex Dicast. lib. 2. de just. tr. 2. d. 2. dub. 4. num. 75. citante Less. Molin. Vasq. Petr. Navar.) excusabitur fur à restituendo, nam ille, qui per injustitiam abstulisset, obligatus fuisset restituere domino: ergo si tu praeveneris, similiter teneberis, quia obligatio, quam alius subisset, in te translata est ratione damni, quod alterum praeveneris, praeveneris.

5. Adverte iterum, me ibid. dixisse (certò peritura apud dominum) si enim dubium esset, an res apud dominum peritura fuisset, tenebitur fur ad restitutionem rei ablatae. Ita Sylvest. Reg. aliique apud Dicast. l. c. n. 76. quia in dubio melior debet esse conditio domini.

6. Similiter modo n. 1. dictum est in dubio de damnis consecuturis, debere restitui solum pro rata dubij.

Respondet, ita in damnis consecuturis domino ex privatione rei per furem ablatae, sed in se ipse ablata de qua hic loquor, non ita. Ratio est eruenta ex illo principio explicato superius, lib. 1. cap. 3. §. 6. quod semper judicandum est in dubio pro possidente. Cum ergo prius sit, rem domini vivere, seu existere, dubium autem emergat, an fuerit peritura, judicandum erit pro rei vita, seu existentia, atque adeo pro domino ipsam possidente. At, cum lucra consecutur ex res, condum existant non possident, & ideo in dubio pro ipsis non poterit judicari, nec pro domino, quasi ipsa possederet. Sed quia ex alio capite supponimus ea separata certè fuisse à domino, aequum est, ut pro rata dubij, seu quantum spes illa existens aestimari à prudenti poterat restitueretur.

7. Ille alius casus, occurrere posset difficilius solutio: Petrus triticum mensuram furatur, illamque hodie consumit, vel vendit: ceteri autem hostes justii irruunt, vel ingruit alluvies, seu incendium, quibus triticum fure fuisset inventum apud furem, sive apud dominum aequali modo perisset. Quæri jam potest, an tunc Petrus triticum valorem reddere teneatur: Vides in praecedenti casu non praeviusse Petri injustam consumptionem, sicut in praesenti. Atque id etiam quæri potest de hodie combustis, & debetne restituere totum segetis valorem, si aquæ comburenda sequenti die fuisset apud dominum?

8. Respondet. Id in tribus evenire circumstantiis, potest: Primum, si fur consumat, vendatque, vel destruat incendium prævium: & tunc aio, furem liberè totum triticum, vel segetis valorem restituere. Lege Less. l. c. Pars I.

n. 95. Vasq. l. c. n. 71. Mol. l. 3. d. 7. §. 6. num. 2. de Lugo, t. 1. de just. d. 18. sect. 4. num. 77. Petr. Nav. lib. 4. c. 1. dub. 5. f. 5. Ratio est, quia tunc res erat domini, & quia non praevidebatur periculum ullum, res valebat suo justo pretio: si ergo iniquè eam fur consumpsit, contraxit obligationem eam restituendi, quæ tolli non potest, nisi actu fiat restitutio, legatur Dicast. lib. 2. de just. tr. 2. d. 2. dub. 4. à n. 74. qui videtur benignius loqui.

9. Secundò, si aliquod periculum subodoratum fuit quo existente, fur iniquè consumpsit, vel vendidit; & tunc, Aio, remanere in fure obligationem restituendi quidem sed minus; quantum scilicet judicabitur à viro experto, ex illo periculo rei pretium diminui; quod si vendidit, debet pretium dare domino, cujus erat triticum, quia pretium succedit loco rei, & in hoc iam invenitur factus ditor ex re aliena fur. Dummodo adversitas minoris etiam debuisset, propter tale vitium periculi imminenti, rem vendi: quod si vendita est antiquo pretio, debet pars pretij excedens emptori reddi, non domino, quia in illo excessu emptor fuit deceptus, non verò dominus fuit à te injustè damnificatus.

10. Tertiò, si periculum timebatur certum, & infallibile, quo pacto res nihil valebat: quis enim rem jam certò perituram nullòque usui sibi utilem cinere pretio velle? Et tunc, Aio, nihil deberi à fure, quia nihil damni intulit, consumendo rem nullius valoris: adde dominum tacitè consentire huic consumptioni. Quis enim nò velle à te panem, verbi gratia, consumi potius quam absumi ab imminente domus incendio?

11. Petes: Fur, si possit rem à se ablatam eripere à simili, verbi gratia, incendio, obligaretur ne eriperet idque ex Iustitiane, an ex charitate? Respondeo, obligari ex Iustitia, esto; negare videantur Less. & Vasq. loc. cit. obligationem Iustitiae. Ratio est, quia fur, quamvis non sit absolute custos rei ablatae, quia tamen semper obligatur rem domino restituere, consequenter obligatur rem eandem conservare, saltem aequali diligentia, & labore, quo res suas conservaret, nò scilicet ponat voluntariè impedimentum ad restituendum: ergo contra Iustitiam peccat, si non conservet, cum possit, quod idem est, ac dicere, si cum possit, ab incendio non eripiat.

12. Quid, si quis rem surripiat ante incendium, quo certò res erat apud dominum peritura, obligatur ne illam restituere, an verò, ut suam possit consumere? Respondeo obligari restituere, nec ut suam posse consumere. Ratio clara mihi est, quia res quomodocunque salva fiat, domini semper est, nisi ex circumstantiis certò appareat, rem à domino jam fuisse verè, & ex animo, non verò solum ex necessitate derelictam. Vide quæ dixi tract. 2. cap. 8. num. 14. Fortunè igitur suæ dominus tribuat, si res in tuto posita fuit à fure. Deducere tamen pro se furem posse pretium sui laboris, & industriae, si quæ fuit, ipsa recta ratio dicit, quantum autem erit hoc pretium, facile colliges ex dictis tract. 2. cap. 8. d. n. 7. in simili.

Quando res perit in via, sub ejus manum, cum quo eam mitto ad dominum, quid faciam, dicam infra tract. 4. §. 1. num. 3.

§. IX. Onus Restitutionis quandònam ad sit, si acceptio, vel detentio sint dubie injuste. Renssive.

1. DE hac cum satis ego disputaverim superius lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 7. verb. Restitutio, illuc accedat, si velit, curiosus Lector.

CAPVT III.

§. 1. De secunda Radice, seu causa Restitutionis, quæ est Res accepta.

1. Dum non constat rem, quam ego possideo esse alienam, dicor possessor bonæ fidei: cum Ec 3. constat